



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

I. De abstinentia carnis & sanguinis in subscriptis temporibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

P R A E F A T I O.

ANNO
CHRISTI
1044.

IN Dei nomine, ego^b Aribō Moguntinæ sedis archiepiscopus, quamuis indignus, cum ceteris confratribus nostris & coepiscopis, Burchardo Vvormatiensi, Vverhenario Argentino, Brunone Augustensi, Eberhardo Bergensi, Meginhardo Vvirzburgensi, Synodum in Sallegunstat condiximus, anno dominicæ incarnationis ^cMXXII. indictione v. II. Idus Augusti, anno autem domini Henrici secundi regnantis XXI. imperii vero VI. quatenus cum communi fratrum prædictorum consilio atque consultu multimoda diuinorum officiorum atque synodalium legum componeretur dissensio, & disparilatas nostrarum singularum confuetudinum honesta consensione redigeretur in vnum. Ideoque propter illas lamentabiles dissensiones communi decreto Concilii hæc capitula sancta sunt.

C A P I T V L A.

I.

Vt quatuordecim dies omnes Christiani ante festiuitatem sancti Ioannis Baptistæ in abstinentia sint carnis & sanguinis, nisi infirmitate impediente, aut alicuius festi solennitate, quæ in illo episcopio celebris habetur, intercedente. Et ante nativitatem Domini similiter, & in vigilia epiphaniæ, & in omnium vigiliis apostolorum, & in vigilia assumptionis sanctæ Mariæ, & in vigilia sancti Laurentii, nec non etiam in vigilia omnium sanctorum: adiicientes prædictis vigiliis vnam horam refectionis, excepta infirmitate, nisi aliquis sit qui proprio voto maiori abstinentia vti velit.

II.

De incerto autem ieunio quatuor temporum hanc certitudinem statuimus, vt si Kalendæ Martii in